

1537

A S C E T I C I.

1538

Scholasticos pertinet Scriptor, quod et phrasis prodit, cetera Historiae etiam profanae non imperitus. Extrema Tractatus defunt.

DCLVIII.

R. 3317

Codex membranaceus lat. Sec. XV. Folior. 151. f. per duas columnas nitidissime exaratus, et coloribus speciosus complectitur I. *Rupertii Tuitiensis Abb. Libros XIII. de Victoria Verbi Dei*, prout extant in Edit. *Veneta* T. III. 1749. p. 514. f. praemisso alio prolixo *Capitulari*, quam, quod Editioni subiectum est. Adest Praefatio ad *Cunonem Abb. Sigebergensem: Nuper cum tu hospes &c.* Textus integer et sincerus est.

II. fol. 105. Incipiunt *Epistole beati Bernardi de claraualle ad diuersas personas. Prima sua ad Rudpertum fugitiuum Monachum reuocatoria.* XLI. Rubricae sunt, primamque illam *Epistolam* praedit *Narratio e Vitae Bernardi L. I. c. 11. T. VI. col. 1083.* qua scripta refertur *extra claustrum in medio imbre sine imbre.* *Epistola Maurianis XXXII. ad Abbatem S. Nicasii Remens.* nobis inscribitur ad *Gwidonem Iansenen. Episcopum.* Praeterea inter *Epistolas* hic occurrit *Tract. de Baptismo ad Hugonem de S. Victore*, ut habetur edit. *Maur. T. II. col. 625. Tract. ad Innocentium II. contra Errores Abaelardi*, ut col. 643. *Epistola ad Severinum Monachum de Caritate*, quod Opusculum e

*Richardo Victorino, Bernbardo et Petro Blesensi* compilatum legitur T. V. col. 389. absque *Severini* nomine simpliciter *de Caritate* inscriptum, nobisque primis *Richardi 4. Capitibus* ita terminatum: *et quam se ipsum. Et hec de his sufficiant. Ubi Mauriani: et quam se ipsum. de aliis;* manifesto argumento, etiam eorum textum hic interruptum fuisse. Agmen nobis cogit, sed sine multatus *Sermo beati Bernardi abbatis de moribus infantum*, quem quidem hoc Rubro frustra quaeres. T. V. col. 373. inscribitur: *De ordine vitae et morum institutione*, incipitque: *Hortatur quidem timidam mentis meae &c.* nec *Bernardi* est, sed iudicio *Maurianorum* cuiusdam *Benedictini.*

DCLIX.

Codex partim membranaceus, R. 3329 partim chartaceus lat. germ. Sec. primum XII. tum XV. Folior. 128. 4. parte priore eleganter exaratus et rubro enotatus inscribitur: *Christianus ad solitarium quendam de imagine mundi. Solitarius* hic, ut bis in margine expressum legitur, *Honorius est Augustodun.* Opusque istud pluries hoc *Vol.* refertur. Praedit *Epistola Christiani*, in qua lege et positionem orbis pro *Expositionem*, cum *Honorii* responso, in quo malo in scientia profundo quam in scientia profundo, item tibi depingi formulam, quam tibi depingam formulam, ut habent. Edita T. XX. *Bibl. PP. Lugd.*

D d 2